

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Religio p  
cum uariis

Quia terreni principes magna se Deo humilitate substernunt, proui homines nunc ad fraudis argumenta uertuntur. Quia enim illos religionem reuereri conspiciunt, ipsi cultum religionis assumunt et bonorum uitam sub despectis uestibus inquis operibus premunt. Mundi quippe dilectores sunt qui hoc in se quod homines uenerantur ostendunt, atque eis qui uere se despiciunt, non mente sed ueste copulantur quia presentem gloriam amantes assequi non possunt quasi despicientes sequuntur. Honores enim fugiunt ut honoribus obuiant.

Gregorius libro XXXI. moralium.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

nunc] non P V<sup>1</sup>, ideo V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; enim *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; religionem] regionem C; inquis] in *add.* (*del. sub lin.*) C; operibus] opertibus M; presentem] presentes (*cor. intra*) C; quasi] quam P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; despicientes] despiciunt (*cor. intra*) B; obuiant] obuant B; libro *om.* C; libro XXXI.] XXXI. libro P V<sup>1</sup>; libro XXXI. moralium] in moralibus V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>